

HISTORIÆ GERMANICÆ 183

Bannerius Dux Svecicus & Wilhel-
mus Hassus, ejusdemq; vidua denuo
labefactant. Ac interea anno MDC-
XXXVII. bellis æque ac vita excedit
Ferdinandus, immodicus suæ religi-
onis defensor.

§. CCLVII. Dum patri tam in hæ-
reditariis, quam Germaniæ regnis
succedit FERDINANDVS III. jam
superiori anno Romanorum Rex e-
lectus, bellorum quoque hæreditati-
tem adire necessum habuit. In his
Bernhardi Vinariensis virtus ac feli-
citas, immatura tamen morte obsi-
gnata, nec non Torstensonii Banne-
rio succendentis, ac deinceps Wrangle-
lii prospera fortitudo excelluit: & Ko-
nigsmarkius a capta Pragensis urbis
parte plura tentasset, nisi pacis Osnab-
rugo-Monasteriensis mense Octo-
bri anno MDCXLVIII. conclusæ re-
nunciatio eundem inhibuisset.

§ CCLVIII. Quæ quidem Pax post
tricennale gravissimum multisque
cladibus ac victoriis utrinque nobi-
lita-